

A hentibus, siue fugientibus, ab eo humorem, haec omnia semper ad appetitum excitandum idonea esse nesciunt, quippe quum videamus per febres, estiuumque aerem vniuersum corpus vehementer digeri, minui tamen appetentiam. Quamobrem ea solum ad appetitum faciunt, quae perinde vacuant, ut temperiem partis, in qua facultatis robur residet, simul cum humore non dissoluant, sed eam conservant, & tuncantur. Sic enim frigida, acerba, acida, salsa, eo quod constringendo exprimant humorum a ventriculo, appetitum conciliare dicuntur: calor vero nativus digerendo moderat, quum naturae sit instrumentum, & venae corporis inanitae fugendo eundem humorum, appetentiam pariunt. Acria vero, & amara eandem viam habent, ubi pituitoso humore ventriculus abundat, adeo ut calidiore, vehementiore, remedio opus sit ad dissoluendum, & vacuandum. Verum ex predictis appetentiæ causis efficaces, veræq; q; sunt a nativo calore venarumq; suctione, ut pote a proprijs innatisq; instris sumunt. Vnde videmus austera, & accida, q; ingerantur, nimirum ad appetitum conferre, propterea q; parua, in equa lisque ab illis fiat evacuatio; pueros autem omnium optimè, plurimumque appetere, eo quod nativo calore illi abundant: quod etiam his usu venit, qui se se mediocriter exercent: siquidem huiusmodi exercitatione calor crescit: a frigidis vero humoribus, ut acida pituita, humoreque melancholico contentis in tunicis ventriculi, vel plus quam oportet, intenditur appetitus: vel ad absurdam ingerenda excitantur: quando scilicet talis humor corruptam simul qualitatem obtinet, hinc dicta *bonaria* & canina fames nascitur. Itaque si predicta cause ad appetitum faciunt, illis contrariae eundem minuent, perdent, & corrumpent: quod & ratio atque experientia docent. Nam si sensatio laeditur, ad portionem levioris appetitus quoque labefactatur. Laeditur autem sensus vel laesi facultate, quae sensum ipsum ventriculo largitur, vel ea, quae sensationes apprehendit, & dijudicat, vel laeso instrumento, per quod demittitur ipsa facultas; vel ipso vitio subiecto, in quo haec vis exercetur. Igitur per contusiones, obstructionesque cerebri alimentum non appetunt animalia, quoniam facultas non influit a fonte laesi: delirantibus vero deest appetitus, quod illi sensationes, & alterationes, quae in sensorijs fiunt, non apprehendant, nec dijudicent. Senibus autem minuitur, quoniam obtusior iam illis est sensus, deestque calor, qui humorum consumere debet. Est porro instrumentum sensus nervus, qui quum obstruitur, aut vulneratur, aut vinculis intercipitur, aut temperies, & substantia illius dissoluitur, vel corrumputur: rationi consonum est laedi sensum illarum partium, in quas inseritur: & proinde illius vitio, qui ad ventriculum peruenit, appetitum labefactari contingit. Ceterum ipse ventriculus, & maximè illius os subiectum est, siue proprium instrumentum, in quo exercetur appetitus: qui quum patitur, noxam, ut aliae cause appetentiæ infert. Sic enim febres pestilentes perdunt appetitum, corrupta substantia, & forma illius partis: vel ob malignos humores genitos in ventriculo: vel aliunde ad illum confluentes: ex quo affectu emoritur facultas, qua non nisi in certa temperie, & forma, siue (ut dicere solemus) tota instrumenti substantia vigore apta nata est. Eodem pacto ardentes febres, & immodica siccitas, aut frigus ventriculi, aliaeque omnes excedentes intemperaturæ ad excessus portionem vel destruunt, aut minuunt appetitum, dissoluto temperamento nervorum, ipsiusque ventriculi, cum quo facultas pari modo simul afficitur. Iam vero ad aliud genus causarum, quod sensum afficit, appetitusque est causa, pertinens illa, que vacuationes impediunt fieri. Si enim ex certa vacuatione appetitus oritur, necessiter profecto est eundem offendit, si deest, quod vacuet, aut aliter quam oportet id faciat. Sic sane otium, & frigida, humidaque corporis temperies inepta dicuntur esse ad appetitum conciliandum, quoniam otio non excitatur calor nativus dissolutionis author, frigiditate vero temperaturæ minuitur, humoreque obtruitur, atque hac ratione somnus longior eo quod calorem dittius in partibus internis detineat, plurimumque humorum ad eas conuertat, impeditque digeri corpus, inappetenti causa est. Vnde neminem videmus statim a somno paratum esse ad edendum, nimirum quod post illum requiratur vigilia, per quam calor ad exteriore partes commotus secum humores trahit, & ventriculum una cum alijs visceribus vacuat. Cui operi statim succedit alacris, insignisque edendi appetitus: Labor vero, vigilia, cogitatio nimia, febres (ut antea diximus) vehementiores, & alia huius generis, quae violentius corpus digerunt, dissoluuntque partis temperiem, nativumque calidum, non minus quam alia appetentiam prosternunt. In quo quidem exemplo iam patere possunt, quae generali causa methodo sunt comprehensa. Nam sensus, & id, quod sensum afficit, immediatae, vel (ut medici volunt) coniunctæ sunt appetentiæ cause, & ille causa sine qua non, nimirum quum sensus appetentiam non faciat, sed absque eo fieri nequeat, cum illo vero recte fiat: quae autem sensum afficiunt, effectrices sunt appetentiæ cause: ventriculus vero est subiectum, & instrumentum, in quo fit appetitus: nervus autem instrumentum, per quod facultas sentiendi exercetur, calidum vero innatum commune est instrumentum, quo natura tum ad sentiendum, tum ad alias omnes functiones obeundas vtitur: quantu[m] vero qualitates primæ, & aliæ, quae ab illis proficiuntur, appetentiam efficiunt, quoniam vacuant: Inedia, somnus, vigilia, otium, labor, cogitatio, cibus, potus, humor biliosus, melancholicus, perturbatus, cause sunt que illas parunt qualitates, vacuantque corpus, que omnia tandem ab his, que absunt in corpus, vel foris adhibentur, aut geruntur a nobis, vel retinentur, & excernuntur, ducuntur. Ad que genera quum est peruentum, ultra progredi non datur: & interim patet progressus ab unme-